



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 36. Aliorum Præsulum sententiæ a Pallavicino non relatæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

fuerat executioni datus: proin in Sy-  
 nodi potestate relictum dicebat, ratio-  
 nes utrinque ita examinare, ut tandem  
 vel ad negandum ejusmodi usum, vel  
 ad permittendum permoveretur.

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1562.

§. XXXVI.

*Aliorum Præfulum sententiæ a Palla-  
 vicino non relatae.*

Plures adhuc alii Præfules suam quis-  
 que sententiam promebant, ac præ-  
 primis Thomas Cafalius Cavenfis Epif-  
 copus calicem omnino denegandum  
 censuit: Bartholomæus quoque Bracca-  
 rensis in Lulitania Episcopus idem ten-  
 tiebat, postulans, ut Principum Orato-  
 res a deliberationibus abessent, quam  
 etiam petitionem inlinuabat Ægydius  
 Falceta Caprulanus Antistes, quamvis  
 Legati Oratores excludi minime an-  
 nuerent, veriti, ne exinde rumor con-  
 citaretur. Censuit quoque Conimbri-  
 census Episcopus totum hoc negotium  
 ad summum Pontificem esse remitten-  
 dum: Bernardinus tamen de Cu-  
 pio Auximanus in Marchia Anconita-  
 na Episcopus hæc addebat: „ ego exi-  
 „stimo, quod calix vel hac, vel alia ra-  
 „tione nobis bibendus sit: de cetero au-  
 „tem oro Deum, ut saltem ejus rei suc-  
 „cessum in christianorum salutem diri-  
 „gere velit. „ Econtra Petrus Dane-  
 Hist. Eccles. Tom. XLV. T lius

Sarpus l. 6.  
 p. 545.



**Sæcul. XVI.****A.C. 1562.**

sius Vivariensis, seu Vauriensis Episcopus nihil definiebat, utrum calix sit concedendus, vel denegandus, sed totus in eo erat, ut illorum confutaret opinionem, qui rem ad Papæ judicium esse rejiciendam arbitrabantur: Ceterum Andreas Cuesta, seu Costa Legionensis in Hispania Episcopus edixit, hæreticis ne unum quidem apicem in eorum petito esse concedendum, quam in rem Antonius Gorronerus Almeriensis Episcopus affirmabat, se in negantium opinione confirmari propter easdem rationes ab illis allatas, qui calicem permittendum propugnassent: Eadem ferme proferebat Hieronymus Guerinus Imolensis Antistes: denique Joannes Baptista Astensis Fratrum Servorum Generalis negantium parti adhæsit, atque ad evertenda adversariorum argumenta Concilii Constantiensis auctoritatem pluribus commendavit. Ceterum tot sermones, ac colloquia circa hanc quæstionem habebantur, ut Patrum conventibus a vigesima sexta Augusti die inchoatis, ac quavis die a summo mane usque ad seram noctem protractis necdum, cum diei sextæ Septembris vesper ingrueret, omnium Patrum sententiæ excipi potuerint.

§. XXXVII.